



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 42. Primus Oecolampadii liber de Evcharistia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

lexit, admisitque, quod Christus Domi-
 nus in Evcharistia præsens sit, quamvis
 simul cum sacratissimo ejus corpore pa-
 nis adesset, ex quo tamen inepta resul-
 tat conjunctio. Ex adverso Oecolam-
 padius contendebat, hoc verbum *Cor-
 pus* accipiendum esse pro figura corporis:
 Carolstadius vero metonymiam colloca-
 vit in verbo *hoc*, ac Zwinglius in verbo *est*.

Sæc XVI.

A.C 1526.

§. XLII.

*Primus Oecolampadii liber de
 Evcharistia.*

Ut autem Oecolampadius suam tuere-
 tur sententiam, speciale conscripsit
 opusculum, cui titulus: *Vera expositio
 verborum Christi Domini: Hoc est corpus
 meum; & hic ipse liber primus est, qui
 circa hoc argumentum in lucem prodiit.*
 Mox autem quatuordecim Lutheranæ
 Sectæ Ministri conventu Hallæ habito
 adversus Oecolampadium librum con-
 scripserunt, cui titulus *Syngramma* seu
 Scriptum commune. Adscribebatur hæc
 lucubratio Joanni Brentio, qui postmo-
 dum ubiquistarum caput evasit. Verum
 huic Oecolampadius aliud opposuit opus,
 quod *Antisyngramma de Cæna Domini* in-
 scripsit. Brentii librum Joannes Agri-
 cola Germanice reddidit, Lutherus ve-
 ro approbavit, adjecta præfatione, in
 qua hæc asseruit: *Tot capita, tot sen-
 sus*

Sæcul. XVI. A.C 1526. *sus hæc unica Sacramentarium secta habet, Carolstadius ex his vocabulis pronomen Hoc misere detorquet in visibile Christi corpus. Zwinglius autem verbum Est, adly significat, macerat. Oecolampadius nomen Corpus torturæ subjicit: alii totum textum excarnificant, alii invertunt vocabulum Hoc ex primo in postremum locum. Alii brevi ex ovo excludentur, qui verba consecrationis obtruncabunt; præter hos alii accedunt, ut septenarius numerus compleatur, qui dicunt, non esse de his contendendum.*

§. XLIII.

Lutherus præsentiae realis vindex contra Sacramentarios.

Serm. de Corp. & Sang Christi defens. verbi Coenæ, quod verba adhuc stant. tom 7. f. 277. & 381.

Lutherus, quamvis integras novæ reformationis turmas sectasque contra se insurgere ægerrime ferret, nihilominus earum opinionibus accedere inconsultum judicabat, sed constanter, validisque rationibus præsentiae realis fidem contra Sacramentarios tuebatur; nec inani profus conatu; quippe ejus sententiæ sacri Codex & traditio suffragabantur, ex quibus demonstrabat, si verba Christi Domini adeo clara, & plana ad figuras detorquere liceret, & quidem sub obtentu, quod in sacris literis passim figuratæ reperiantur locutiones, inde sat amplam parari viam, ut